INNOCENTIUS PP. XI.

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Morbio 27 (92)

Dilecte fili salutem et Apostolicam benedictionem. Religionis zelus, vitae ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis, et virtutum merita super quibus apud
Nos fidedigno commendaris testimonio Nos inducunt, ut te specialibus favoribus, et gratiis prosequamur. Cum itaque sicut Nobis nuper
exponi fecisti tu qui (Stassensis) in sacro diaconatus ordine constitutus existis, fervore devotionis accensus ad reliquum sacrum presbyteratus
ordinem quantocius promoveri summopere desideres. Nos te praemissorum meritorum tuorum intuitu specialibus favoribus, et gratiis pro-
sequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et poenis a iure, vel ab homine quavis occasione
vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, et absolutum fore
censentes, supplicationibus tuo nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati tecum, ut etiam quando tredecim menses tantum
tibi de aetate ad id a sacro Concilio Tridentino requisita defecerint, defectu huiusmodi non obstante, si nullum aliud canonicum tibi obstet
impedimentum, et dummodo ad id idoneus reperiaris, servatisque aliis servandis ad dictum sacrum presbyteratus ordinem de superio-
rum tuorum licentia promoveri, et promotus in illo etiam in Altaris ministerio ministrare libere, et licite valeas Apostolica auctoritate tenore prae-
sentium dispensamus. Non obstantibus Constitutionibus, et ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud S.
Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die XXIX Iulii MDCLXXIX. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

J. G. Slusius

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1876549459-12/fragment/page=0001

1679 29 Luglio

Dilecto filio Vincentio à Casali de
Pusterlengo ordinis fratrum minorum Sancti
Francisci Cappucinorum nuncupatorum professori

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle

Morbio 27 (92)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1876549459-12/fragment/page=0002